



Prayer Before the Office

Aperi, + Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum. Munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, perversis, et aliénis cogitátióibus. Intellectum illúmina, affectum inflámma; ut digne, atténte, ac devóte hoc Officiu[m] recitáre váleam, et exaudiri mérear ante conspéctum divínae Majestátis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Dómine, in unióne illius divínae intentiúnis, qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas persólvo.

Prayer After the Office

To those who devoutly say the following prayer, kneeling, after the Office, Leo X granted the remission of any defects and faults in its recital arising from human frailty.

Sacrosanctæ et individuæ Trinitáti, crucifixi Dómini nostri Jesu Christi humanitáti, beatíssimæ et gloriosíssimæ sempérque Virginis Mariæ secúndæ integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti, sit sempitérna laus, honor, virtus, et glória, ab omni creatúra, nobisque remissio ómnium peccatórum, per infinita sæcula sæculórum. **R.** Amen.
V. Beáta víscera Mariæ Virginis, quæ portabérunt ætérni Patris Fílium.
R. Et beáta úbera, quæ lactabérunt Christum Dóminum.

Pater Noster. Ave Maria.

3 Vanum est vobis ante lucem surgere: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

4 Cum dederit dilectis suis somnum: * ecce hereditas Domini filii: merces, fructus ventris.

5 Sicut sagittæ in manu potentis: * ita filii excussorum.

6 Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: * non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri.

(1) **Ant.** Jam hiems transiit, imber abiit et recessit: surge, amica mea, et veni.

Ant. Speciosa.

(2) **Ant.** Dabit ei Dóminus sedem David patris ejus, et regnabit in ætérnum.

Ant. Ecce ancilla Dómini.

(3) **Ant.** Germinabit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, Virgo peperit Salvatorem: Te laudamus, Deus noster.

Ant. Ecce María.

Psalm 147. Lauda, Jerusalem

Lauda, Jerusalem, Dominum: * lauda Deum tuum, Sion.

2 Quoniam confortabit seras portarum tuarum: * benedixit filiis tuis in te.

3 Qui posuit fines tuos pacem: * et adipe frumenti satiat te.

4 Qui emittit eloquium suum terræ: * velociter currit sermo ejus.

5 Qui dat nivem sicut lanam: * nebulam sicut cinerem spargit.

6 Mittit crystallum suum sicut buccellas: * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

7 Emittet verbum suum, et liquefaciet ea: * flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

The Te Deum is not said in Advent or from Septuagesima to Easter, except on the Feasts of the Blessed Virgin.

Te Deum

Te Deum laudamus: * te Dominum confitemur.

Te ætérnum Patrem * omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, * tibi Coeli, et universæ Potestates:

Tibi Cherubim et Seraphim * incessabili voce proclamant:

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus * Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt coeli et terra * majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus * Apostolorum chorus,

Te Prophetarum * laudabilis númerus,

Te Martyrum candidatus * laudat exercitus.

Te per orbem terrarum * sancta confitetur Ecclesia,

Patrem * immensæ majestatis;

Venerandum tuum verum * et únicum Fílium;

Sanctum quoque * Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ, * Christe.

Tu Patris * sempiternus es Fílius.

Tu, ad liberandum suscepturus hominem: * non horruisti

Virginis uterum.

Tu, devicto mortis acúleo, * aperuisti credentibus regna coelorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, * in gloria Patris.

Judex crederis * esse venturus.

The following verse is said kneeling

Te ergo quæsumus, tuis famulis súbveni, * quos pretioso sanguine redemisti.

Matins

Ave Maria, secretly.

V. Domine, + labia mea aperies.

R. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

V. Deus, + in adjutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Alleluia.



Thus is said Alleluia at all the Hours through the entire year, except from Septuagesima to Holy Saturday; for then is said: Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

1

Æterna fac cum Sanctis tuis * in gloria numerari.
Salvum fac populum tuum, Domine, * et benedic hereditati tuæ.
Et rege eos, * et extolle illos usque in æternum.
Per singulos dies * benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in sæculum, * et in sæculum sæculi.
Dignare, Domine, die isto * sine peccato nos custodire.
Miserere nostri, Domine, * miserere nostri.
Fiat misericordia tua, Domine, super nos, * quemadmodum speravimus in te.
In te, Domine, speravi: * non confundar in æternum.

Act of Consecration to the Immaculate Heart of Mary

Most Holy Virgin Mary, tender Mother of men, to fulfill the desires of the Sacred Heart of Jesus and the request of the Vicar of Your Son on earth, we consecrate ourselves and our families to your Sorrowful and Immaculate Heart, O Queen of the Most Holy Rosary, and we recommend to You, all the people of our country and all the world.

Please accept our consecration, dearest Mother, and use us as You wish to accomplish Your designs in the world.

O Sorrowful and Immaculate Heart of Mary, Queen of the Most Holy Rosary, and Queen of the World, rule over us, together with the Sacred Heart of Jesus Christ, Our King. Save us from the spreading flood of modern paganism; kindle in our hearts and homes the love of purity, the practice of a virtuous life, an ardent zeal for souls, and a desire to pray the Rosary more faithfully.

We come with confidence to You, O Throne of Grace and Mother of Fair Love. In flame us with the same Divine Fire which has inflamed Your own Sorrowful and Immaculate Heart. Make our hearts and homes Your shrine, and through us, make the Heart of Jesus, together with your rule, triumph in every heart and home. Amen.



O Mary, conceived without sin, pray for us who have recourse to thee.

- 3 Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.
- 4 Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: * testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.
- 5 Quia illic sederunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.
- 6 Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem: * et abundantia diligentibus te:
- 7 Fiat pax in virtute tua: * et abundantia in turribus tuis.
- 8 Propter fratres meos, et proximos meos, * loquebar pacem de te:
- 9 Propter domum Domini, Dei nostri, * quæsihi bona tibi. Gloria Patri.

(1) Ant. Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem; ideo dilexit me Rex, et introduxit me in cubiculum suum.

Ant. Jam hiems transit.

(2) Ant. Ne timeas, Maria; invenisti gratiam apud Dominum: ecce concipies, et paries Filium.

Ant. Dabit ei Dominus.

(3) Ant. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem: Dei Genitrix, intercède pro nobis.

Ant. Germinavit radix Jesse.

Psalm 126. Nisi Dominus

Nisi Dominus ædificaverit domum, * in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

2 Nisi Dominus custodierit civitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

Commemoration of St. Joseph



At Vespers

Ant: Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. (Lucæ 12, 42.)

V. Gloria et divitiæ in domo eius.

R. Et iustitia eius manet in sæculum sæculi. (Ps. 111, 3.)

At Lauds

Ant: Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph. (Lucæ 3, 23.)

V. Os iusti meditabitur sapientiam.

R. Et lingua ejus loquetur iudicium. (Ps. 36, 30.)

Oremus. Deus, qui ineffabili providentia beatum Joseph sanctissimæ Genetricis tuæ sponsum eligere dignatus es: præsta quaesumus, ut quem protectorem veneramus in terris, intercessorem habere mereamur in coelis. Qui vivis et regnas. (Mass of St. Joseph)

Psalm 112. Laudate, pueri

Laudate, pueri, Dominum: * laudate nomen Domini.

2 (fit reverentia) Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

3 A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

4 Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super coelos gloria ejus.

5 Quis sicut Dominus, Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in coelo et in terra?

6 Súscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem:

7 Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

8 Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri.

(1) Ant. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.

Ant. Nigra sum.

(2) Ant. Ave María, grátia plena, Dóminus tecum: benedicta tu in mulieribus.

Ant. Ne timeas, María.

(3) Ant. Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impléta sunt Scriptúra: sicut plúvia in vellus descendísti, ut salbum fáceres genus humánum: Te laudámus, Deus noster.

Ant. Rubum, quem viderat Móyses.

Psalm 121. Lætatus sum

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In domum Domini ibimus.

2 Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis, Jerúsalem.

Inbit. Ave, María, gratia plena; * Dominus tecum.

Inbit. Ave, María, gratia plena; * Dominus tecum.

Psalm 94. Venite, exsultemus Domino.

Venite, exsultemus Domino, jubilemus Deo, salutari nostro: præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Inbit. Ave, María, gratia plena; * Dominus tecum.

Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes deos: quoniam non repellet Dominus plebem suam: quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipse conspicit.

Inbit. Dominus tecum.

All genuflect at venite, adoremus, et procidamus ante Deum.

Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus: venite, adoremus, et procidamus ante Deum: plorems coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster; nos autem populus ejus, et oves pascuæ ejus.

Inbit. Ave, María, gratia plena; * Dominus tecum.

Hodie, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secúndum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt et viderunt opera mea.

Inbit. Dominus tecum.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi: Semper hi errant corde; ipsi vero non cognoverunt vias meas: quibus juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

Inbit. Ave, María, gratia plena; * Dominus tecum.

Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.



Lauds

V. Deus, + in adiutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Alleluia **or** Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculorum. Amen.

Invit. Dominus tecum.

Invit. Ave, Maria, gratia plena; * Dominus tecum.

Hymnus

Quem terra, pontus, sidera
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam,
Clastrum Mariæ bajulat.

Cui luna, sol et omnia
Deserviunt per tempora,
Perfusa coeli gratia,
Gestant puellæ viscera.

Beata Mater munere,
Cujus, supernus Artifex
Mundum pugillo continens,
Ventrîs sub arca clausus est.

Beata coeli nuntio,
Foecunda Sancto Spiritu,
Desideratus gentibus
Cujus per album fusus est.

Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

3

(1) Before Advent

Ant. Assumpta est.

(2) Advent

Ant. Missus est.

(3) After Advent

Ant. O admirabile commercium.

Psalm 92. Dominus regnabit

Dominus regnabit, decorem indutus est: * indutus est
Dominus fortitudinem, et præcinxit se.

2 Etenim firmavit orbem terræ, * qui non commovebitur.

3 Parata sedes tua ex tunc: * a sæculo tu es.

4 Elebaverunt flumina, Domine: * elebaverunt flumina vocem
suam.

5 Elebaverunt flumina fluctus suos, * a vocibus aquarum
multarum.

6 Mirabiles elationes maris: * mirabilis in altis Dominus.

7 Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: * domum tuam
deceat sanctitudo, Domine, in longitudinem dierum.

Gloria Patri.

(1) **Ant.** Assumpta est Maria in coelum: gaudent Angeli,
laudantes benedicunt Dominum.

Ant. Maria Virgo assumpta est.

(2) **Ant.** Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem,
desponsatam Joseph.

Ant. Ave, Maria.

(3) **Ant.** O admirabile commercium! Creator generis humani,
animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est; et
procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem.

23

Commemoration of St. Benedict



Ant. Hic vir despiciens mundum, et terrena triumphans, divitias caelo
condidit ore et manu.

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas.

R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oremus. Intercessio nos, quaesumus, Domine, beati Benedicti
Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valeamus, eius
patrocinio assequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum
Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti,
Deus per omnia saecula saeculorum.

76

(1) **Ant.** Dum esset Rex.

(2) **Ant.** Missus est.

(3) **Ant.** O admirabile commercium.

Psalm 109. Dixit Dominus

Dixit Dominus Domino meo: * Sede a dextris meis:

2 Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

3 Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: * dominare in
medio inimicorum tuorum.

4 Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus
sanctorum: * ex utero ante luciferum genui te.

5 Juravit Dominus, et non poenitebit eum: * Tu es sacerdos in
aeternum secundum ordinem Melchisedech.

6 Dominus a dextris tuis, * confregit in die irae suae reges.

7 Judicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit capita
in terra multorum.

8 De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Gloria Patri.

(1) **Ant.** Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit
odorem suavitatis.

Ant. Læva ejus.

(2) **Ant.** Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem
desponsatam Joseph.

Ant. Ave Maria.

(3) **Ant.** O admirabile commercium! Creator generis humani,
animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est; et
procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem.

Ant. Quando natus es.

56



Prayer to the Blessed Virgin

Inviolata, integra et casta es Maria,
quæ es effecta fulgida coeli porta.

O Mater alma Christi carissima,
suscipe pia laudum præconia.


Nostra ut pura pectora sint et corpora,
te nunc flagitant devota corda et ora.

Tua per precata dulcisona
Nobis concedas veniam per sæcula.

O benigna! O Regina! O Maria!
Quæ sola inviolata permansisti.

75

Vespers



Ave Maria.

V. Deus, + in adiutorium
meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum
me festina.

V. Gloria Patri, et Filio, et
Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et
nunc, et semper, et in
sæcula sæculorum. Amen.
Alleluia **or** Laus tibi
Domine, Rex æternæ
gloriæ.

55

At the Nocturn

The Antiphons and Psalms as follows:

On Sunday, Monday, and Thursday: From the First Nocturn.

On Tuesday and Friday: From the Second Nocturn.

On Wednesday and Saturday: From the Third Nocturn.

First Nocturn

Ant. Benedicta tu.

Psalm 8. Domine, Dominus noster

Domine, Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum
in universa terra!

2 Quoniam elevata est magnificentia tua, * super coelos.

3 Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter
inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

4 Quoniam videbo coelos tuos, opera digitorum tuorum: * lunam
et stellas, quæ tu fundasti.

5 Quid est homo quod memor es ejus? * aut filius hominis,
quoniam visitas eum?

6 Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria et honore
coronasti eum: * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

7 Omnia subjectisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas:
insuper et pecora campi.

8 Volucres coeli, et pisces maris, * qui perambulant semitas
maris.

9 Domine, Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum
in universa terra!

Gloria Patri.

4

Ant. Quando natus es.

Psalm 99. Jubilate

Jubilate Deo, omnis terra: * servite Domino in lætitia.

2 Introite in conspectu ejus, * in exultatione.

3 Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: * ipse fecit nos, et
non ipsi nos.

4 Populus ejus, et oves pascuæ ejus: * introite portas ejus in
confessione, atria ejus in hymnis: confitemini illi.

5 Laudate nomen ejus: quoniam suavis est Dominus, in
æternum misericordia ejus, * et usque in generationem et
generationem veritas ejus.

Gloria Patri.

(1) **Ant.** Maria Virgo assumpta est ad æthereum thalamum, in
quo Rex regum stellato sedet solio.

Ant. In odorem.

(2) **Ant.** Ave, Maria, grátia plena, Dóminus tecum: benedicta
tu in mulieribus. Alleluia.

Ant. Ne timeas, Maria.

(3) **Ant.** Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impléte
sunt Scripturæ: sicut pluvia in vellus descendisti, ut salbum
faceres genus humanum: Te laudamus, Deus noster.

Ant. Rubum, quem viderat Moyses.

Psalm 62. Deus, Deus meus

Deus, Deus meus, * ad te de luce vigilo.

2 Sitibit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro
mea.

24

Ant. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.

Ant. Sicut myrrha.

Psalm 18. Coeli enarrant

Caeli enarrant gloriam Dei: * et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

2 Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

3 Non sunt loquelæ, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

4 In omnem terram exiit sonus eorum: * et in fines orbis terræ verba eorum.

5 In sole posuit tabernaculum suum: * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.

6 Exsultabit ut gigas ad currendam viam, * a summo coeli egressio ejus.

7 Et occursum ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat a calore ejus.

8 Lex Domini immaculata, convertens animas: * testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

9 Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Domini lucidum illuminans oculos.

10 Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi: * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

11 Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum: * et dulciora super mel et fabum.

12 Etenim serbus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retributio multa.

5

3 In terra deserta, et in via, et in aquosa: * sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.

4 Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

5 Sic benedicam te in vita mea: * et in nomine tuo levabo manus meas.

6 Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: * et labiis exsultationis laudabit os meum.

7 Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adjutor meus.

8 Et in velamento alarum tuarum exsultabo, adhæsit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

9 Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

10 Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Gloria Patri.

(1) Ant. In odorem unguentorum tuorum currimus: adolescentulæ dilexerunt te nimis.

Ant. Benedicta.

(2) Ant. Ne timeas, Maria; invenisti gratiam apud Dominum: ecce concipies, et paries Filium. Alleluia.

Ant. Dabit ei Dominus.

(3) Ant. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem: Dei Genitrix, intercede pro nobis.

Ant. Germinabit radix Jesse.

25

Alma Redemptoris Mater Advent

Alma Redemptoris Mater, quae per via coeli,
Porta manes, et stella maris, succurre cadenti,
Surgere qui curat, populo: tu quae genuisti,
Natura mirante, tuum sanctum Genitorem
Virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore
Sumens illud Ave, peccatorum miserere.

V. Angelus Domini nuntiavit Mariae.

R. Et concepit de Spiritu Sancto.

Oremus. Gratiam tuam, quaesumus, Domine, mentibus nostris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus; per passionem eius et crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

From Christmas Eve until the Purification, the following Responsory and prayer is said:

V. Post partum, Virgo, inbiolata permansisti.

R. Dei Genetrix, intercede pro nobis.

Oremus. Deus, qui salutis aeternae, beatæ Mariae virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti: tribue, quaesumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum. **R.** Amen.

V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.

Pater, Ave, Credo, **secretly.**

74

(2) Oremus. Famulorum tuorum, quaesumus, Domine, delictis ignosce: ut, qui tibi placere de actibus nostris non valemus; Genitricis Filii tui Domini nostri, intercessione salvemur. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia Sæcula sæculorum.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Benedicamus Domino.

R. Deo gratias.

V. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

54

Salve Regina Time after Pentacost

Salve, Regina, mater misericordiae;
Vita, dulcedo, et spes nostra, salve.

Ad te clamamus exsules filii Hebræ;
Ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle.

Eia, ergo, Advocata nostra,
Illos tuos misericordes oculos ad nos converte.
Et Jesum, benedictum fructum ventris tui,
Nobis post hoc exsilium ostende.
O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria. Amen.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Genetrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosae Virginis Matris Mariae corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante, praeparasti: da, ut cuius commemoratione laetamur; eius pia intercessione, ab instantibus malis, et a morte perpetua liberemur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.

Pater, Ave, Credo, **secretly**.

73

13 Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: * et ab alienis parce serbo tuo.

14 Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: * et emundabor a delicto maximo.

15 Et erunt ut complacent eloquia oris mei: * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

16 Domine, adjutor meus, * et redemptor meus.

Gloria Patri.

Ant. Sicut myrrha electa, odorem dedisti suavitatis, sancta Dei Genetrix.

Ant. Ante torum.

Psalm 23. Domini est terra

Domini est terra, et plenitudo ejus: * orbis terrarum, et universi qui habitant in eo.

2 Quia ipse super maria fundabit eum: * et super flumina preparabit eum.

3 Quis ascendit in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

4 Innocens manibus et mundo corde, * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

5 Hic accipiet benedictionem a Domino: * et misericordiam a Deo, salutari suo.

6 Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

7 Attollite portas principes vestras, et elebamini portæ æternales: * et introibit Rex gloriae.

8 Quis est iste Rex gloriae? * Dominus fortis et potens: Dominus potens in prælio.

6

Canticum trium Puerorum Benedicite, omnia opera Dan. 3, 57-88 and 56

Benedicite, omnia opera Domini, Domino: * laudate et superexaltate eum in saecula.

2 Benedicite, Angeli Domini, Domino: * benedicite, coeli, Domino.

3 Benedicite, aquæ omnes, quæ super coelos sunt, Domino: * benedicite, omnes virtutes Domini, Domino.

4 Benedicite, sol et luna, Domino: * benedicite, stellæ coeli, Domino.

5 Benedicite, omnis imber et ros, Domino: * benedicite, omnes spiritus Dei, Domino.

6 Benedicite, ignis et æstus, Domino: * benedicite, frigus et æstus, Domino.

7 Benedicite, rores et pruina, Domino: * benedicite, gelu et frigus, Domino.

8 Benedicite, glacies et nives, Domino: * benedicite, noctes et dies, Domino.

9 Benedicite, lux et tenebræ, Domino: * benedicite, fulgura et nubes, Domino.

10 Benedicat terra Dominum: * laudet et superexaltet eum in saecula.

11 Benedicite, montes et colles, Domino: * benedicite, universa germinantia in terra, Domino.

12 Benedicite, fontes, Domino: * benedicite, maria et flumina, Domino.

13 Benedicite, cete, et omnia, quæ moventur in aquis, Domino: * benedicite, omnes volucres coeli, Domino.

26

4 Filii tui sicut novellæ olivarum: * in circuitu mensæ tuæ.

5 Ecce sic benedicetur homo, * qui timet Dominum.

6 Benedicat tibi Dominus ex Sion: * et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

7 Et videas filios filiorum tuorum: * pacem super Israel.

Gloria Patri.

(1) **Ant.** Pulchra es et decora, filia Jerusalem; terribilis ut castrorum acies ordinata.

(2) **Ant.** Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

(3) **Ant.** Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Alleluia.

Capitulum

(1) (3) **Eccli. 19-20.** In plateis sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa, dedi suavitatem odoris. **R.** Deo gratias.

(2) **Isa. 7, 14-15.** Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. **R.** Deo gratias.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

(1) (3) Oremus. Famulorum tuorum, quæsumus, Domine, delictis ignosce: ut, qui tibi placere de actibus nostris non valemus; Genitricis Filii tui Domini nostri, intercessione salvemur. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

53

9 Attollite portas principes vestras, et elebamini portæ æternales:
* et introibit Rex gloriæ.

10 Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri.

Ant. Ante torum hujus Virginis frequentate nobis dulcía cantica dramatis.

Continue with Diffusa and the rest, as below.

Regina Coeli Paschaltide

Regina, caeli, laetare, alleluia:
Quia quem meruisti portare, alleluia,
Resurrexit sicut dixit, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.

V. Gaude et laetare, Virgo Maria, alleluia,

R. Quia surrexit Dominus vere, alleluia.

Oremus. Deus, qui per resurrectionem Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, mundum laetificare dignatus es: praesta, quaesumus; ut, per eius Genetricem Virginem Mariam, perpetuae capiamus gaudia vitae. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.

Pater, Ave, Credo, **secretly.**

7

14 Benedicite, omnes bestiae et pecora, Domino: * benedicite, filii hominum, Domino.

15 Benedicat Israel Dominum: * laudet et superexaltet eum in sæcula.

16 Benedicite, sacerdotes Domini, Domino: * benedicite, servi Domini, Domino.

17 Benedicite, spiritus, et animæ justorum, Domino: * benedicite, sancti et humiles corde, Domino.

18 Benedicite, Anania, Azaria, Misael, Domino: * laudate et superexaltate eum in sæcula.

19 Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu: * laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

20 Benedictus es, Domine, in firmamento caeli: * et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

The Gloria is not said here.

(1) Ant. Benedicta filia tu a Domino: quia per te fructum vitæ communicabimus.

Ant. Pulchra es.

(2) Ant. Dabit ei Dominus sedem David patris ejus, et regnabit in ætérnum.

Ant. Ecce ancilla Dómini.

(3) Ant. Germinabit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, Virgo peperit Salvatorem: Te laudamus, Deus noster.

Ant. Ecce Maria.

Psalm 148. Laudate Dominum

Laudate Dominum de caelis: * laudate eum in excelsis.

2 Laudate eum, omnes Angeli ejus: * laudate eum, omnes

27

72

4 Magnificabit Dominus facere nobiscum: * facti sumus letantes.

5 Converte, Domine, captivitatem nostram, * sicut torrens in austro.

6 Qui seminant in lacrimis, * in exultatione metent.

7 Cunctes ibant et flebant, * mittentes semina sua.

8 Venientes autem venient cum exultatione, * portantes manipulos suos.

Gloria Patri.

Psalm 126. Nisi Dominus

Nisi Dominus edificaverit domum, * in vanum laboraverunt qui aedificant eam.

2 Nisi Dominus custodierit civitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

3 Vanum est vobis ante lucem surgere: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

4 Cum dederit dilectis suis somnum: * ecce hereditas Domini filii: merces, fructus ventris.

5 Sicut sagitta in manu potentis: * ita filii excussorum.

6 Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: * non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri.

Psalm 127. Beati omnes

Beati omnes, qui timent Dominum, * qui ambulant in vitis ejus.

2 Labores manuum tuarum quia manducabis: * beatus es, et bene tibi erit.

3 Uxor tua sicut vitis abundans: * in lateribus domus tuæ.

52

Anthems of the Blessed Virgin

Ave Regina Coelorum Lent

Ave, Regina caelorum,
Ave, Domina Angelorum:
Salve, radix, salve, porta,
Ex qua mundo lux est orta:

Gaude, Virgo gloriosa,
Super omnes speciosa,
Vale, o valde decora,
Et pro nobis Christum exora.

V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.

R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Oremus. Concede, misericors Deus, fragilitati nostrae praesidium; ut, qui sanctae Dei Genetricis memoriam agimus; intercessionis eius auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.

Pater, Ave, Credo, **secretly**.

71

Hymnus

Memento, rerum Conditor,
Nostrum quod olim corporis,
Sacrata ab albo Virginis
Nascendo, formam sumpseris.

Maria, Mater gratiae,
Dulcis Parens clementiae
Tu nos ab hoste protege
Et mortis hora suscipe

Iesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.

(1) **Ant.** Pulchra es.

(2) **Ant.** Ecce ancilla Domini.

(3) **Ant.** Ecce Maria.

Psalm 125. In convertendo

In convertendo Dominus captivitatem Sion: * facti sumus sicut consolati:

2 Tunc repletum est gaudio os nostrum: * et lingua nostra exultatione.

3 Tunc dicent inter Gentes: * Magnificabit Dominus facere cum eis.

51

Ant. Specie tua.

Psalm 44. Eructabit cor meum

Eructabit cor meum verbum bonum: * dico ego opera mea Regi.
2 Lingua mea calamus scribae: * velociter scribentis.

3 Speciosus forma praefiliis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: * propterea benedixit te Deus in aeternum.

4 Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime.

5 Specie tua et pulchritudine tua: * intende, prospere procede, et regna.

6 Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: * et deducet te mirabiliter dextera tua.

7 Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent: * in corde inimicorum Regis.

8 Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi: * virga directionis virga regni tui.

9 Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: * propterea unxit te, Deus, Deus tuus, oleo laetitiae praef consortibus tuis.

10 Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: * ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo.

11 Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: * circumdata varietate.

12 Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam: * et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

13 Et concupiscet Rex decorem tuum: * quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum.

14 Et filiae Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

8

virtutes ejus.

3 Laudate eum, sol et luna: * laudate eum, omnes stellae et lumen.

4 Laudate eum, coeli coelorum: * et aquae omnes, quae super coelos sunt, laudent nomen Domini.

5 Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandabit, et creata sunt.

6 Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: * praecipuum posuit, et non praeteribit.

7 Laudate Dominum de terra, * dracones, et omnes abyssi.

8 Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quae faciunt verbum ejus:

9 Montes, et omnes colles: * ligna fructifera, et omnes cedri.

10 Bestiae, et universa pecora: * serpentes, et volucres pennatae:

11 Reges terrae, et omnes populi: * principes, et omnes iudices terrae.

12 Juvenes, et virgines: senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

13 Confessio ejus super coelum et terram: * et exaltabit cornu populi sui.

14 Hymnus omnibus sanctis ejus: * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Gloria Patri.

(1) **Ant.** Pulchra es et decora, filia Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.

(2) **Ant.** Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

(3) **Ant.** Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamabit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Alleluia.

28

15 Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.
 16 Adducentur Regi virgines post eam: * proximæ ejus afferentur tibi.
 17 Afferentur in lætitia et exultatione: * adducentur in templum Regis.
 18 Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos principes super omnem terram.
 19 Memores erunt nominis tui: * in omni generatione et generationem.
 20 Propterea populi confitebuntur tibi in æternum: * et in sæculum sæculi.
 Gloria Patri.
Ant. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna.

Ant. Adjuvabit eam.

Psalm 45. Deus noster refugium

Deus noster refugium, et virtus: * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.
 2 Propterea non timebimus dum turbabitur terra: * et transferentur montes in cor maris.
 3 Sonuerunt, et turbatae sunt aquæ eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.
 4 Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: * sanctificabit tabernaculum suum Altissimus.
 5 Deus in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

9

Capitulum

(1) (3) **Cant. 6, 8.** Viderunt eam filiæ Sion, et beatam dixerunt, et reginæ laudaverunt eam. **R.** Deo gratias.
 (2) **Isa. 11.** Egrediètur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Dómini. **R.** Deo gratias.

Hymnus

O gloriosa virginum,
 Sublimis inter sidera,
 Qui te creavit, parvulum
 Lactente nutris ubere.
 Quod Hebra tristis abstulit:
 Tu reddis almo germine:
 Intrent ut astra flebiles,
 Coeli recludis cardines.
 Tu Regis alti janua
 Et aula lucis fulgida:
 Vitam datam per Virginem,
 Gentes redemptæ, plaudite.
 Jesu tibi sit gloria,
 Qui natus es de Virgine,
 Cum Patre, et almo Spiritu,
 In sempiterna sæcula. Amen.

V. Benedicta tu in mulieribus.
R. Et benedictus fructus ventris tui.

29

vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Benedicámus Dómino.
R. Deo grátias.

Blessing

Benedicat et custódiat nos omnipotens et miséricors Dóminus, Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus. **R.** Amen.

Then is said one of the Anthems of the Blessed Virgin, according to the season, with the Versicle and Prayer.

70



Hone

Ave Maria.
V. Deus, + in adjutorium meum intende.
R. Domine, ad adjuvandum me festina.
V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.
Alleluia or Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

50

In Paschal Time:

Ant. Regina coeli laetare, allelúia: quia quem meruisti portare, allelúia: resurrexit sicut dixit, allelúia: ora pro nobis Deum, allelúia.

(2) Ant. Spiritus Sanctus in te descendet, María: ne timeas, habebis in útero Filium Dei. Allelúia.

(3) Ant. Magnum hereditatis mysterium! Templum Dei factus est úterus nescientis virum: non est pollutus ex ea carnem assumens: omnes Gentes venient, dicentes; Glória tibi, Dómine.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

(1) Oremus. Beata et gloriosa semper Virginis María, quæsumus, Domine, intercessio gloriosa nos protegat: et ad vitam perducatur aeternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

(2) Oremus. Deus, qui de beata María Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

(3) Oremus. Deus, qui salutis aeternæ, beatae Maríae Virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti; tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem

69

(2) Oremus. Deus, qui de beatae Maríae Virginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti; præsta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

V. Dómine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Benedicamus Dómino.

R. Deo grátias.

V. Fidélium animæ per misericórdiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

49

6 Conturbatae sunt Gentes, et inclinata sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

7 Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

8 Venite, et videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terræ.

9 Arcum conteret, et confringet arma: * et scuta comburet igni.

10 Vacate, et videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in Gentibus, et exaltabor in terra.

11 Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Gloria Patri.

Ant. Adjuvabit eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ant. Sicut lætantium.

Psalm 86. Fundamenta ejus

Fundamenta ejus in montibus sanctis: * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

2 Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

3 Memor ero Rahab, et Babylonis * scientium me.

4 Ecce alienigenæ, et Tyrus, et populus Æthiopum, * hi fuerunt illi.

5 Numquid Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea: * et ipse fundavit eam Altissimus?

6 Dominus narrabit in scripturis populorum, et principum: * horum, qui fuerunt in ea.

7 Sicut lætantium omnium: * habitatio est in te.

Gloria Patri.

Ant. Sicut lætantium omnium nostrum habitatio est in te, sancta Dei Genitrix.

Continue with Diffusa and the rest, as below.

10

(1) Ant: Beata Dei Genitrix, María.

In Paschal Time:

Ant: Regina coeli.

(2) Ant: Spiritus Sanctus.

(3) Ant: Mirabile mysterium.

Canticum Zachariæ Luc. 1. 68-79

Benedictus + Dominus, Deus Israel: * quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suæ:

69 Et erexit cornu salutis nobis: * in domo David, pueri sui.

70 Sicut locutus est per os sanctorum, * qui a sæculo sunt, prophetarum ejus:

71 Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium, qui oderunt nos.

72 Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * et memorari testamenti sui sancti.

73 Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis:

74 Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.

75 In sanctitate, et justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

76 Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis: * præbis enim ante faciem Domini, parare vias ejus:

77 Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum:

78 Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

79 Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri.

30

Third Nocturn

Ant. Gaude, Maria Virgo.

Psalm 95. Cantate Domino

Cantate Domino canticum novum: * cantate Domino, omnis terra.

2 Cantate Domino, et benedicite nomini ejus: * annuntiate de die in diem salutare ejus.

3 Annuntiate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

4 Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis: * terribilis est super omnes deos.

5 Quoniam omnes dii Gentium daemonia: * Dominus autem coelos fecit.

6 Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus: * sanctimonia et magnificentia in sanctificatione ejus.

7 Afferte Domino, patriæ Gentium, afferte Domino gloriam et honorem: * afferte Domino gloriam nomini ejus.

8 Tollite hostias, et introite in atria ejus: * adorare Dominum in atrio sancto ejus.

9 Commoveatur a facie ejus universa terra: * dicite in Gentibus quia Dominus regnavit.

10 Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur: * judicabit populos in æquitate.

11 Latentur coeli, et exsultet terra: commoveatur mare et plenitudo ejus: * gaudebunt campi, et omnia quæ in eis sunt.

12 Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit: * quoniam venit judicare terram.

11

(1) Ant. Beata Dei Genitrix, Maria, Virgo perpetua, templum Domini, sacrarium Spiritus Sancti, sola sine exemplo placuisti Domino nostro Jesu Christo: ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu.

In Paschal Time:

Ant: Regina coeli lætare, allelúia: quia quem meruisti portare, allelúia: resurrexit sicut dixit, allelúia: ora pro nobis Deum, allelúia.

(2) Ant: Spiritus Sanctus in te descendet, Maria: ne timeas, habebis in útero Filium Dei. Allelúia.

(3) Ant: Mirabile mystérium declarátur hódie: innovántur natúra, Deus homo factus est: id quod fuit permánsit, et quod non erat, assúmpsit, non commixtiónem passus, neque divisiónem.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

(1) (2) Oremus. Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjudemur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

(3) Oremus. Deus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ Virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti: tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum

Capitulum Eccli. 24. 24.

(1) (3) Eccli. 24. 24. Ego Mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei. **R.** Deo gratias.

V. Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

(2) Isa. 7, 14-15. Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. **R.** Deo gratias.

(1) Ant. Sub tuum præsidium.

In Paschal Time:

Ant. Regina coeli.

(2) Ant. Spiritus Sanctus.

(3) Ant. Magnum hereditatis mystérium.

Canticum Simeonis Luc. 2.29-32.

Hunc dimittis + servum tuum, Domine, * secundum verbum tuum in pace:

2 Quia viderunt oculi mei * salutare tuum,

3 Quod parasti * ante faciem omnium populorum,

4 Lumen ad revelationem Gentium, * et gloriam plebis tuæ Israel. Gloria Patri.

(1) Ant. Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei genitrix; nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

68

5 Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: * pax super Israel.

Gloria Patri.

(1) Ant. In odorem unguentorum tuorum currimus; adolescentulæ dilexerunt te nimis.

(2) Ant. Ne timeas, Maria; invenisti grátiam apud Dóminum: ecce concipies, et paries Filium. Allelúia.

(3) Ant. Rubum quem viderat Moyses incombustum, conservátam agnovimus tuam laudábilem virginitatem: Dei Genitrix, intercede pro nobis.

Capitulum

(1) (3) Eccli. 24. 16. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea. **R.** Deo gratias.

(2) Luca. 1, 32-33. Dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis. **R.** Deo gratias.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

(1) (3) Oremus. Concede, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium; ut, qui sanctæ Dei Genitricis memoriam agimus; intercessionis ejus auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

31

48

7 Quia apud Dominum misericordia: * et copiosa apud eum redemptio.

8 Et ipse redimet Israel: * ex omnibus iniquitatibus ejus.
Gloria Patri.

Psalm 130. Domine, non est exaltatum

Domine, non est exaltatum cor meum: * neque elati sunt oculi mei.

2 Neque ambulavi in magnis: * neque in mirabilibus super me.

3 Si non humiliter sentiebam: * sed exaltavi animam meam.

4 Sicut ablactatus est super matre sua: * ita retributio in anima mea.

5 Speret Israel in Domino: * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Hymnus

Memento, rerum Conditor,
Nostrum quod olim corporis,
Sacrata ab albo Virginis
Nascendo, formam sumpseris.

Maria, Mater gratiæ,
Dulcis Parens clementiæ
Tu nos ab hoste protege
Et mortis hora suscipe

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

67

5 Quia multum repleta est anima nostra: * opprobrium abundantibus, et despectio superbis.

Gloria Patri.

Psalm 123. Nisi quia Dominus

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel: * nisi quia Dominus erat in nobis,

2 Cum exurgerent homines in nos, * forte vivos deglutissent nos:

3 Cum irasceretur furor eorum in nos, * forsitan aqua absorbuisset nos.

4 Torrentem pertransiit anima nostra: * forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

5 Benedictus Dominus * qui non dedit nos, in captionem dentibus eorum.

6 Anima nostra sicut passer erepta est * de laqueo venantium.

7 Laqueus contritus est, * et nos liberati sumus.

8 Adjutorium nostrum in nomine Domini, * qui fecit coelum et terram.

Gloria Patri.

Psalm 124. Qui confidunt

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: * non commovebitur in æternum, qui habitat in Jerusalem.

2 Montes in circuitu ejus: * et Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc et usque in sæculum.

3 Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum: * ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.

4 Benefac, Domine, bonis, * et rectis corde.

47

13 Judicabit orbem terræ in æquitate, * et populos in veritate sua.
Gloria Patri.

Ant. Gaude, Maria Virgo: cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.

Ant. Dignare me.

Psalm 96. Dominus regnabit

Dominus regnabit exsultet terra: * latentur insulæ multæ.

2 Nubes, et caligo in circuitu ejus: * justitia, et iudicium correctio sedis ejus.

3 Ignis ante ipsum præcedet: * et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

4 Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: * vidit et commota est terra.

5 Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini: * a facie Domini omnis terra.

6 Annuntiaverunt coeli justitiam ejus: * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

7 Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: * et qui gloriantur in simulacris suis.

8 Adorate eum, omnes Angeli ejus: * audivit, et lætata est Sion.

9 Et exsultaverunt filiæ Judæ: * propter judicia tua, Domine:

10 Quoniam tu Dominus Altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

11 Qui diligitis Dominum, odite malum: * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

12 Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

13 Lætamini, justi in Domino: * et confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Gloria Patri.

12

Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Commemoration of the Saints

(1) (3) **Ant.** Sancti Dei omnes, intercedere dignemini pro nostra omniumque salute.

V. Lætamini in Domino et exsultate, justi.

R. Et gloriamini, omnes recti corde.

Oremus. Protege, Domine, populum tuum; et Apostolorum tuorum Petri et Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserva.

Omnes Sancti tui, quæsumus, Domine, nos ubique ad-juvent: ut, dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus: et pacem tuam nostris concede temporibus, et ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam; iter, actus et voluntates nostras, et omnium famulorum tuorum, in salutis tuæ prosperitate dispone, benefactoribus nostris sempiterna bona retribue, et omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Benedicamus Domino.

R. Deo grâcias.

V. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

Pater noster, secretly.

V. Dominus det nobis suam pacem.

R. Et vitam æternam. Amen.

32

Ant. Dignare me laudare te, Virgo sacrata: da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ant. Post partum

In Advent:

Ant. Angelus Dómini.

Psalm 97. Cantate Domino

Cantate Domino canticum novum: * quia mirabilia fecit.
2 Salvabit sibi dextera ejus: * et brachium sanctum ejus.
3 Notum fecit Dominus salutare suum: * in conspectu Gentium revelabit justitiam suam.
4 Recordatus est misericordiæ suæ, * et veritatis suæ domui Israel.
5 Viderunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri.
6 Jubilate Deo, omnis terra: * cantate, et exsultate, et psallite.
7 Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi: * in tubis ductilibus, et voce tubæ cornæ.
8 Jubilate in conspectu regis Domini: * moveatur mare, et plenitudo ejus: orbis terrarum, et qui habitant in eo.
9 Flumina plaudent manu, simul montes exsultabunt a conspectu Domini: * quoniam venit judicare terram.
10 Judicabit orbem terrarum in justitia, * et populos in æquitate.

Gloria Patri.

Ant. Post partum, Virgo, inviolata permansisti: Dei Genitrix, intercede pro nobis.

In Advent:

Ant. Angelus Dómini nuntiávit Mariæ; et concepit de Spíritu Sancto.

13

In Advent

(2) **Ant.** Ecce Dóminus véniet, et omnes Sancti ejus cum eo; et erit in die illa lux magna. Allelúia.

V. Ecce apparebit Dóminus super nubem cándidam.

R. Et cum eo Sanctórum millia.

Oremus. Conscientias nostras, quæsumus, Dómine, visitándo purifica: ut véniens Jesus Christus Filius tuus, Dóminus noster, cum ómnibus Sanctis, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem. Qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæulórum.

V. Dómine, exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Pater noster, secretly.

V. Dóminus det nobis suam pacem.

R. Et vitam ætérnam. Amen.

Then is said one of the Anthems of the Blessed Virgin, according to the season, with the Versicle and Prayer.

Psalm 128. Sæpe expugnaverunt me

Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, * dicat nunc Israel:
2 Sæpe expugnaverunt me a juventute mea: * etenim non potuerunt mihi.

3 Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: * prolongaverunt iniquitatem suam.

4 Dominus justus concidit cervices peccatorum: * confundantur et conderantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.

5 Fiant sicut foenum tectorum: * quod priusquam ebellatur exaruit:

6 De quo non implebit manum suam qui metit: * et sinum suum qui manipulos colligit.

7 Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos: * benediximus vobis in nomine Domini.

Gloria Patri.

Psalm 129. De profundis

De profundis clamavi ad te, Domine: * Domine, exaudi vocem meam:

2 Fiant aures tuæ intendentes: * in vocem deprecationis meæ.

3 Si iniquitates observaveris, Domine: * Domine, quis sustinebit?

4 Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustinui te, Domine.

5 Sustinuit anima mea in verbo ejus: * sperabit anima mea in Domino.

6 A custodia matutina usque ad noctem: * speret Israel in Domino.

66

Hymnus

Memento, rerum Conditor,
Nostri quod olim corporis,
Sacrata ab albo Virginis
Nascendo, formam sumpseris.

Maria, Mater gratiæ,
Dulcis Parens clementiæ
Tu nos ab hoste protege
Et mortis hora suscipe

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

(1) **Ant.** In odórem.

(2) **Ant.** Ne timeas, María.

(3) **Ant.** Rubum quem viderat Móyses.

Psalm 122. Ad te levavi

Ad te levavi oculos meos, * qui habitas in coelis.

2 Ecce sicut oculi serborum, * in manibus dominorum suorum.

3 Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: * ita oculi nostri ad Dominum, Deum nostrum, donec misereatur nostri.

4 Miserere nostri, Domine, miserere nostri: * quia multum repleti sumus despectione:

33

46



Compline

Ave Maria.

V. Converte + nos, Deus, salutaris noster.

R. Et averte iram tuam a nobis.

V. Deus, + in adjutorium meum intende.


R. Domine, ad adjuvandum me festina.

V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Alleluia **or** Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

65



Sext

Ave Maria.

V. Deus, + in adjutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Alleluia **or** Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

45



V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Pater noster, **secretly.**

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Absolution

Precibus et meritis beatæ Mariæ semper Virginis et omnium Sanctorum perducatur nos Dominus ad regna coelorum. **R.** Amen.

V. Iube domne, benedicere.

Blessing

Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria. **R.** Amen.

In Advent, skip to Advent Lessons, below.

Lesson i Ecclus. 24. 11-13.

In omnibus requiem quæsivi, et in hereditate Domini morabor. Tunc præcepit et dixit mihi Creator omnium, et qui creabit me, requiebit in tabernaculo meo, et dixit mihi: In Jacob inhabita, et in Israel hereditare, et in electis meis mitte radices. Tu autem, Domine, miserere nobis. **R.** Deo gratias.

R. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam, nescio: * Quia quem coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

14

Prime

Ave Maria.

V. Deus, + in adjutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Alleluia **or** Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.



34

V. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.
Quia quem coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

V. Iube domne, benedicere.

Bened. Ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad
Dominum. **R.** Amen.

Lesson ii Ecclus. 24. 15-16.

Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter
requievi et in Ierusalem potestas mea. Et radicavi in populo
honorificato et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine
sanctorum detentio mea. Tu autem, Domine, miserere nobis. **R.**
Deo gratias.

R. Beata es, Virgo Maria, quae Dominum portasti, Creatorem
mundi: * Genuisti qui te fecit, et in aeternum permanes Virgo.

V. Ave, Maria, gratia plena; Dominus tecum. Genuisti qui te
fecit, et in aeternum permanes Virgo.

When the Te Deum is said, add:

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Genuisti qui te fecit,
et in aeternum permanes Virgo.

V. Iube domne, benedicere.

Bened. Per Virginem Matrem concedat nobis Dominus salutem
et pacem. **R.** Amen.

Lesson iii Ecclus. 24. 17-20.

Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in
monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi

15

Hymnus

Memento, rerum Conditor,
Nostrum quod olim corporis,
Sacrata ab albo Virginis
Nascendo, formam sumpseris.

Maria, Mater gratiae,
Dulcis Parens clementiae
Tu nos ab hoste protege
Et mortis hora suscipe

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.

(1) Ant. Assumpta est.

(2) Ant. Missus est.

(3) Ant. O admirabile commercium.

Psalm 53. Deus, in nomine

Deus, in nomine tuo saluum me fac: * et in virtute tua iudica
me.

2 Deus, exaudi orationem meam: * auribus percipe verba oris
mei.

35

Commemoration of the Saints

(1) (3) Ant: Sancti Dei omnes, intercedere dignemini pro nostra
omniumque salute.

V. Laetamini in Domino et exsultate, justi.

R. Et gloriamini, omnes recti corde.

Oremus. Protege, Domine, populum tuum; et Apostolorum
tuorum Petri et Pauli patrocinio confidentem, perpetua
defensione conserva.

Omnes Sancti tui, quaesumus, Domine, nos ubique ad - iuvent:
ut, dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus: et pacem
tuam nostris concede temporibus, et ab Ecclesia tua cunctam
repelle nequitiam; iter, actus et voluntates nostras, et omnium
famulorum tuorum, in salutis tuae prosperitate dispone,
benefactoribus nostris sempiterna bona retribue, et omnibus
fidelibus defunctis requiem aeternam concede. Per Dominum
nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat
in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.
R. Amen.

(2) Ant: Ecce Dominus veniet, et omnes Sancti ejus cum eo; et
erit in die illa lux magna. Alleluia.

V. Ecce apparebit Dominus super nubem candidam.

R. Et cum eo Sanctorum millia.

Oremus. Conscientias nostras, quaesumus, Domine, visitando
purifica: ut veniens Iesus Christus Filius tuus, Dominus
noster, cum omnibus Sanctis, paratam sibi in nobis inveniat
mansionem. Qui tecum vivit et regnat, in unitate Spiritus Sancti,
Deus, per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

64

(1) (3) Oremus. Deus, qui salutis aeternae, beatam Mariam
virginitate foecunda, humano generi praemia praestitisti: tribue,
quaesumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam
meruimus auctorem vitae suscipere, Dominum nostrum Iesum
Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate
Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

(2) Oremus. Deus, qui de beatae Mariae Virginis utero, Verbum
tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti; praesta
supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus
apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum
nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat
in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Benedicamus Domino.

R. Deo gratias.

V. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

44

(2) **Ant:** Spiritus Sanctus in te descendet, Maria: ne timeas, habebis in útero Filium Dei. Alleluia.

(3) **Ant:** Magnum hereditatis mysterium! Templum Dei factus est úterus nescientis virum: non est pollutus ex ea carnem assumens: omnes Gentes venient, dicentes; Glória tibi, Domine.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

(1) **Oremus.** Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, a præsentis liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

(2) **Oremus.** Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

(3) **Oremus.** Deus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ Virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti; tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

63

5 Quia illic sederunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.

6 Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: * et abundantia diligentibus te:

7 Fiat pax in virtute tua: * et abundantia in turribus tuis.

8 Propter fratres meos, et proximos meos, * loquebar pacem de te:

9 Propter domum Domini, Dei nostri, * quæsi boni tibi.

Gloria Patri.

(1) **Ant.** Maria Virgo assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.

(2) **Ant.** Ave Maria, grátia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Alleluia.

(3) **Ant.** Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impléta sunt Scripturæ: sicut pluvia in vellus descendisti, ut saluum faceres genus humanum: Te laudamus, Deus noster.

Capitulum

(1) (3) **Ecll. 24. 15.** Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Ierusalem potestas mea. **R.** Deo gratias.

(2) **Isa. 11.** Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini. **R.** Deo gratias.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

43

plantatio rosæ in Jericho: quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi; quasi myrrha electa, dedi suavitatem odoris. Tu autem, Domine, miserere nobis.

The following Responsory is omitted when the Te Deum is said.

R. Felix namque es, sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, * Christus, Deus noster.

V. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum jubamen, quicumque celebrant tuam sanctam festivitatem. Quia quem coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Christus, Deus noster.

16

3 Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæsierunt animam meam: * et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

4 Ecce enim Deus adjuvat me: * et Dominus susceptor est animæ meæ.

5 Averte mala inimicis meis: * et in veritate tua disperse illos.

6 Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitebor nomini tuo, Domine: quoniam bonum est:

7 Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: * et super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria Patri.

Psalm 84. Benedixisti

Benedixisti, + Domine, terram tuam: * advertisti captivitatem Jacob.

2 Remisisti iniquitatem plebis tuæ: * operuisti omnia peccata eorum.

3 Mitigasti omnem iram tuam: * advertisti ab ira indignationis tuæ.

4 Convertite nos, Deus, salutaris noster: * et averte iram tuam a nobis.

5 Numquid in æternum irasceris nobis? * aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

6 Deus, tu conversus vivificabis nos: * et plebs tua lætabitur in te.

7 Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam: * et salutare tuum da nobis.

8 Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: * quoniam loquetur pacem in plebem suam.

9 Et super sanctos suos: * et in eos, qui convertuntur ad cor.

36

Advent Lessons

Lesson i Luca 1, 26-28.

Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David; et nomen Virginis Mariacuta; a. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Tu autem, Domine, miserere nobis. **R.** Deo gratias.

R. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum; et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas, Mari; invenisti gratiam apud Dominum. * Ecce concipies, et paries; et vocabitur Altissimi Filius.

V. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum. * Ecce concipies, et paries; et vocabitur Altissimi Filius.

V. Iube domne, benedicere.

Bened. Ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. **R.** Amen.

Lesson ii Luca 1, 29-33.

Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio et ait angelus ei ne timeas Maria invenisti enim gratiam apud Deum ecce concipies in utero et paries filium et vocabis nomen eius Iesum hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius et

17

- 10 Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: * et inhabitet gloria in terra nostra.
11 Misericordia, et veritas obviaverunt sibi: * iustitia, et pax osculatae sunt.
12 Veritas de terra orta est: * et iustitia de coelo prospexit.
13 Etenim Dominus dabit benignitatem: * et terra nostra dabit fructum suum.
14 Iustitia ante eum ambulabit: * et ponet in via gressus suos.
Gloria Patri.

Psalm 116. Laudate Dominum

Laudate Dominum, omnes Gentes: * laudate eum, omnes populi:

2 Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: * et veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri.

(1) **Ant.** Assumpta est Maria in coelum, gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum.

(2) **Ant.** Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph.

(3) **Ant.** O admirabile commercium! Creator generis humani animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est; et procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem.

Capitulum

(1) (3) **Cant. 6, 9.** Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? **R.** Deo gratias.

37

(1) **Ant:** Beata Mater.

In Paschal Time:

Ant: Regina coeli.

(2) **Ant:** Spiritus Sanctus.

(3) **Ant:** Magnum hereditatis mysterium.

Canticum Beatæ Mariæ Virginis Luc. 1. 46-55

Magnificat +: * anima mea Dominum.

47 Et exsultabit spiritus meus: * in Deo, salutari meo.
48 Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

49 Quia fecit mihi magna, qui potens est: * et sanctum nomen ejus.

50 Et misericordia ejus, a progenie in progenies: * timentibus eum.

51 Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

52 Deposuit potentes de sede: * et exaltavit humiles.

53 Esurientes implevit bonis: * et divites dimisit inanes.

54 Suscepit Israel puerum suum: * recordatus misericordiæ suæ.

55 Sicut locutus est ad patres nostros: * Abraham, et semini ejus in sæcula.

Gloria Patri.

(1) **Ant:** Beata Mater et intacta Virgo, gloriosa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dominum.

In Paschal Time:

Ant: Regina coeli lætare, allelúia: quia quem meruisti portare, allelúia: resurrexit sicut dixit, allelúia: ora pro nobis Deum, allelúia.

62

5 Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: * multum incola fuit anima mea.

6 Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: * cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri.

Psalm 120. Levavi oculos

Levavi oculos meos in montes, * unde veniet auxilium mihi.

2 Auxilium meum a Domino, * qui fecit coelum et terram.

3 Non det in commotionem pedem tuum: * neque dormitet qui custodit te.

4 Ecce, non dormitabit neque dormiet, * qui custodit Israel.

5 Dominus custodit te, Dominus protectio tua, * super manum dexteram tuam.

6 Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

7 Dominus custodit te ab omni malo: * custodiat animam tuam Dominus.

8 Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum: * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Gloria Patri.

Psalm 121. Lætatus sum

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In domum Domini ibimus.

2 Stantes erant pedes nostri, * in atris tuis, Jerusalem.

3 Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.

4 Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: * testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

42

The first stanza of the following Hymn is said kneeling.

Hymnus

Ave, maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix coeli porta.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos, culpis solutos,
Milites fac et castos.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hebræ nomen.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut, videntes Jesum,
Semper collætetur.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritus Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

61

Hymnus

Memento, rerum Conditor,
Nostrum quod olim corporis,
Sacrata ab albo Virginis
Nascendo, formam sumpseris.

Maria, Mater gratiæ,
Dulcis Parens clementiæ
Tu nos ab hoste protege
Et mortis hora suscipe

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

(1) **Ant.** Maria Virgo.

(2) **Ant.** Ave Maria.

(3) **Ant.** Quando natus es.

Psalm 119. Ad Dominum

Ad Dominum cum tribularer clamavi: * et exaudivit me.

2 Domine, libera animam meam a labiis iniquis, * et a lingua dolosa.

3 Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?

4 Sagittæ potentis acutiæ, * cum carbonibus desolatoriis.

41

regnabit in domo Jacob in æternum et regni eius non erit finis.
Tu autem, Domine, miserere nobis.

R. Ave, Maria, gratia plena; Dominus tecum. * Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.

V. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: * Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.

When the Te Deum is said, add:

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Genuisti qui te fecit, et in æternum permanes Virgo.

V. Jube domne, benedicere.

Bened. Per Virginem Matrem concedat nobis Dominus salutem et pacem. **R.** Amen.

Lesson iii Luca 1, 34-38.

Dixit autem Maria ad angelum quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur sanctum vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth, cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis; quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria; Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Tu autem, Domine, miserere nobis. **R.** Deo gratias.

18

(2) **Isa. 7, 14-15.** Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. **R.** Deo gratias.

V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.

R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

(1) **Oremus.** Deus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es: da, quæsumus; ut, sua nos defensione munitos, jucundos facias suæ interesse festivitati: Qui vivis et regnas.

(2) **Oremus.** Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis útero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti; præsta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

(3) **Oremus.** Deus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti; tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

38

The following Responsoy is omitted when the Te Deum is said.

R. Felix namque es, sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, * Christus, Deus noster.

V. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum jubamen, quicumque celebrant tuam sanctam festivitatem. Quia quem coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Christus, Deus noster.

S Qui annuntiat verbum suum Jacob: * justitias, et judicia sua Israel.

9 Non fecit taliter omni nationi: * et judicia sua non manifestabit eis.

Gloria Patri.

(1) Ant. Speciosa facta es et suavis in deliciis tuis, sancta Dei Genitrix.

(2) Ant. Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum.

(3) Ant. Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joánnes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Alleluia.

Capitulum

(1) (3) Eccli. 24. 14. Ab initio et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministrabi.

(2) Isa. 11. Egrediétur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascéndet. Et requiescet super eum Spíritus Dómini. **R.** Deo gratias.

V. Dómine, exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.



Terce

Ave Maria.

V. Deus, + in adjutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Alleluia **or** Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.